p̄fecerint. adsit iudicium. non benefi-
cii autem est pars optima datum esse
iudicio. Ex animi rigore si non in-
cione nec ista voluntate dantem non
est beneficium. sed thesaurus. Uero
liberalitatem tunc animi iuvat accep-
pisse beneficium. cum illud meo ad
dignos perducat. non quolibet ca-
sus et consilii indigens impetus
differt. beneficiatum nec quod
fateri auctorem pudet. Sit illa grata
gratiora sunt que coeperint impartem
interiorem animi numquam certum
in descendunt cum delectat cogitati-
onem magis. a. quam quid acce-
perit. multa sunt que oportet acci-
pere nec delere.

Explicit annei lucii senece liber de
beneficiis secundus

Incipit annei lucii senece liber de
beneficiis tercius. 2us

Inspiciamus liberalis
virorum optime quod
ex priore parte adhuc
superest quemad
modum dandum sit
beneficium cuius rei
expeditissimam videor
monstraturus viam.
Sic demus quomodo
vellemus accipere ante omnia
libenter. Et cito sine ulla
dubitatione. Ingratum est
beneficium quod diu inter
manus dantis hesit quod
quis egre dimittere visus est
et sic dare tanquam sibi eri-
peret. Etiam si quid intervenit
more evitemus omnimodo ne
deliberasse videamur. proximus
est a negante qui dubitavit
nullamque init gratiam. Nam cum
in beneficio iocundissima sit
tribuentis voluntas qui nolentem
se tribuisse ipsa cunctatione testa-
tus est non dedit sed male retinuit.

gratissima sunt beneficia parata fa-
cilia occurrencia ubi nulla mora fuit
nisi in accipientis verecundia. Op-
timum est antecedere desiderium cuiusque
proximum sequi illud melius occu-
pare antequam rogemur. Cum enim
probo ad rogandum os concurrat
suffunditur rubore qui hoc tor-
mentum remittit multiplicat munus
suum. Non tulit gratis qui cum rogasset
accepit. Quoniam quidem ut ma-
ioribus nostris gravissimis viris
visum est nulla res carius constat .nō.
quam que precibus empta est. Molestum
verbum est et onerosum et demisso
vultu dicendum rogo. Properet licet
beneficium sero dedit qui roganti dedit.
Ideo cuiusque voluntas et cum intellec-
ta est necessitate gravissima rogandi
liberanda est. Illud beneficium iocundum
est victurum in animo quod obviam
venit. Si non contingit prevenire
plura rogantis verba intercidamus
ne rogati videamur sed certiores
facti statim promittamus. factoque nos
antequam interpellemur. ipsa fe-
stinacione approbemus. Quemadmo-
dum in egris opportunitas cibi salutaris
est. et aqua tempestive data remedii
locum optinet. Itaque quamvis leve et
vulgare beneficium sit. si presto fuit
si proximam quamque horam non per-
didit multum sibi adicit. gratiam
quam preciosi sed diu cogitati muneris
vincit. Qui tam parate facit non est
dubium quin libenter faciat. Ita-
que letus facit et induit sibi animi
ingenua sui vultum. Ingentia
quorundam beneficia silencium aut lo-
quendi tarditas imitata gravi-
tatem et tristiciam corrupit cum
promitterent vultu negancium. Quan-
to melius adicere bona verba et
predicacione humana benignaque
commendare quod prestes. ut ille
se castiget quod tardior in rogando
fuit. Adicias licet familiarem

querelam. Prestabo tibi quod cum aliquid
desiderasses non olim certiorem me vo-
luisti. quod tam diligenter roga-
sti quam quemquam adhibuisti. Ego
vero gratulor mihi quod experiri animum
meum libuit. semel rusticitati igno-
scatur. Ex hoc quidquid desiderabis
tuo iure exiges. Sic efficies ut ani-
mum tuum pluris estimet quam illud
quidquid est ad quod petendum
venerat. Tunc summa est virtus
tribuentis. tunc benignitas ubi
ille discessit dicet sibi. Magnum ho-
die lucrum feci. Malo quod illum
talem inveni quam si multipli-
catum hoc ad me alia via venis-
set. Huic eius animo numquam
parem gratiam referam et id ge-
nus ac plerique sunt qui beneficia
asperitate verborum et supercilio in
odium adducant eo sermone usi
ea superbia ut impetrasse penite-
at. Alie deinde post rem promissam
sequuntur more. Nichil autem est
acerbius quam ubi impetrasti ro-
gandum esse. Representanda sunt
beneficia que a quibusdam diffi-
cilius est accipere quam impetra-
re. Hic rogandus est ut admone-
at ille ut consummat. Sic unum munus
per multorum exteritur manus ex quo
gratie minimum apud promitten-
tem remanet. quia auctori detra-
hit quisquis post ipsum rogan-
dus est. hoc itaque cure habebis. Si
grate estimari que prestabis voles
ut beneficia illibata et integra ad
eos quibus promissa sunt perve-
niant. sine ulla ut aiunt deductio-
ne. Nemo illa intercipiat nemo
detineat. Nemo in eo quod datu-
rus es gratiam suam facere po-
test nisi tuam minuat. Equiore
animo quidam ferunt precidi spem
suam quam ~~tra~~ trahi. Plerisque
autem hoc vicium est ambicione
prava differendi promissa ne

minor sit rogancium turba. Quales
regie potencie potentum ministri
sunt. quos delectat superbie
sue longum spectaculum minusque
se iudicant posse. nisi diu multisque
singulis quid possint ostenderint.
Nichil confestim nichil semel faciunt.
iniurie eorum precipites. lenta bene-
ficia sunt. Quare verum est tantum
gratie demere quantum more adicitur.
Ille inde voces quas ingenuus
dolor exprimit. Fac si quid facis.
Et nichil tanti est malo mihi iam
neges. Ubi in tedium adductus
animus incipit beneficium odis-
se dum expectat. Quemadmodum
acerbissima crudelitas est que trahit
penam et misericordie genus est
cito occidere quia tormentum ulti-
mum finem in se secum affert. ita
maioris gracia muneris quo mi-
nus diu pependit. Cum plurima
beneficia remedium [illegible]
afferant. inhumane diu [illegible] torque-
quis patitur. que potest [illegible]
liberare. Omnis [illegible]
Et [illegible] est libenter facientis [illegible]
facere. Quicumque et diem de die [illegible]
trahens profuit non ex animo
fecit. Ita duas res perdidit [illegible]
et argumentum amice volun-
tis. Tarde velle nolentis est. In
omni negocio liberalis non minima
portio est quomodo quidque dicatur
aut fiat. Multum celeritas fecit
multum abstulit mora. Sicut in
telis eadem ferri vis est sed [illegible]
est utrum excusso lacerto tor[illegible]
an remissa manu e[illegible]
Gladius idem et stringit [illegible]
forat. quam presso articulo [illegible]
rit refert. Idem est quod [illegible]
sed interest quomodo [illegible] solum est.
Quam dulce quam [illegible] sibi agi
gracias non est [illegible] mundat o b
qui dedit. se dedi[illegible]
lius est dementia est corripere